

*Salve uerbi sacra parens,
Flos de spina spina carens,
Flos spineti gloria.*

CCLVIII.

R. 3258

Codex membraneus lat. Sec. cum XI. tum XII. Folior. 189. f. eleganter scriptus, coloribusque illustratus exhibet I. *Origenis Adam. Homilias XXVIII.* in *Librum Numerorum*, manu Sec. prioris, e versione *Rufini*, et cum huius Praefatione, licet ambigue praescripta sit *Praefatio Origenis*. Hanc *Elenchus* excipit, qui non nisi XXVII. numerat *Homilias*, cuius ratio est, quod in Opere ipso ultimae duae in unam contractae sunt. Itaque nihil prorsus in Codice deest. Titulus Operis: *Incipit Expositio Origenis In Librum Numeri.* Initium: *Diuinis numeris non omnes digni sunt &c.* Textus collatus cum Edit. *Maur.* T. II. *Paris.* 1733. p. 275. f. utcunque castigatus est, imo habet, quae tacitus praeterire nequeo. *Rufini* Praefationem *Ruaeus* editor inscripsit ad *Ursacium*; legit enim in decursu: *te quoque ipso in quam plurimis iuuante, Ursaci, nostrum laborem, dum nimis cupidus pueruli notarii tardum putas esse ministerium.* Ast ego lego: *te quoque ipso in quam plurimis iuuante ursacii nostri laborem. dum nimis cupidus es, pueruli &c.* Ut igitur *Ursacius pueruli Notarii* nomen, Praefatio vero ad *Donatum*, quem in principio adpellat, directae esse videatur. Praeterea paene

*Nos spinetum, nos peccati
Spina sumus cruentati,
Sed tu spina nescia. &c.*

malim, quod *Italiae solum Siculo* dirimit pro ubi — dirimitur, item *sensus alienos captare pro aptare*, item *explanationum libris pro explicationum*, et *fructum in profectu legentium ponat pro in profectum promat.* Dein *Homil. I. mulieres educuntur pro deducantur*, item *uirtus israelitica pro uirtus in Israelita*, item *Innumerati enim apud Salomonem pro Innumeri &c.*

II. fol. 136. manu Sec. XII. *Incipit prologus hieronimi presbyteri in expositionem ecclesiasticis.* Ita nempe: *Memini me ante hoc ferme quinquennium &c.* Ut edit. *Vallars.* T. III. col. 381. cui Codex noster cum primis consentit. Noto tamen in Operis ingressu legi *prophetiam Christi et ecclesie continentes pro ad prophetiam Christi et ecclesiae pertinentes*, dein pro *Logica vel Theorica haberi Theologiam*, item pro *regni proprii merito vindicatur vel indicatur vel iudicatur auctoritas scriptum esse regni proprii metropolis uendicatur auctoritas.* Non absone, si *to metropolis* gignendi casu sumatur; dixerat enim paullo ante *Hieronymus de Metropolitibus, hoc est, habitatoribus Ierusalem &c.*

CCLIX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3063 XII. Folior. 131. f. per duas columnas eleganter exaratus, minio distin-

E e 3